

causam & esse: & si latentius fuerit causa rei quā suū esse, erit demonstratio propter quid tantum. 2. Cœli. com. 35. Vbi aduerte q̄ litera quæ communiter inuenitur, est corrupta, & sic debet stare sicut nos castigauimus. Et scias q̄ nullibi Auer. ita clarè & distinctè loquitur est in Philosophia de hoc triplici genere demonstrationis, quod uia doctrinæ nuncupatur ab ipso, in prologo primi Physici. sicut hic: Scians igitur demonstrationē signi seu quia, fieri quā do procedimus ab affectu quod est notior apud nos: quam fit sua causa. Et ad hoc genus reducitur etiā (licet Auer. de hoc nō meminerit in presenti loco) demonstrationes, quæ sunt à signo supra effectum: ut quando demonstratur eclipsis lunæ ex priuatione umbræ. Reducuntur etiā demonstrationes quæ sunt per causam remotam, ut dicit Arist. in primo Posteriorum, dum ponit differentiā inter demonstrationes quia, et propter quid. Demonstrationes etiā ducentes ad impossibile, sicut scribit Comen. in. 1. Cœli & mundi. cō. 5. sunt generis signorum. Demonstrationes etiā datæ per causam efficientem, sunt de numero signorum secundum uiam Auer. primo Poste. in cōm. magno. cō. 34. Quod uero esse effectus, & propter quid eundem latenter, ita q̄ effectus seu passio demonstranda, (que sunt natura posteriora subiecto, & sua causa) sunt ignota, tam quo ad quæstionē quia est, quā quo ad quæstionem propter quid: & causa fuerit notior, tunc per illā causam notiorē simul, & semel demonstratur utraq; quæstio de effectū, uidelicet, & quo ad quia est, quæ quærit de inherētia simpliciter eius in subiecto: & quo ad propter quid est, quæ quærit de causa illius inherētia. Et ista est demonstratio absoluta, seu demonstratio simpliciter, seu de demonstratio notiorē simul, & esse, & à Modernioribus dicitur demonstratio potissima. Et ista est quæ principaliter intenditur in libro Poste. sicut dicit Comen. in cōm. magno, & omnes Græci expositores. Et lucidissimus Theophilus. in. 2. Poste. eandem sententiam scribit cap. 2. dicens: Hoc enim demonstrationis illius potissima ingenium est, ut cōmuni examine utraq; absolutæ cognitionē, & ut sit, & quamobrem sit. Demonstratio autem causæ tantum, seu demonstratio propter quid, est quando propter quid ipsius effectus est ignotus: licet quo ad quia est, pateat. Tūc quando per causam notiorē demonstratum fuerit effectus ille, quo ad tale propter quid, ista est demonstratio propter quid, seu causæ tantum. Et ideo his nominibus nuncupatur, quia per tale genus demonstrationis non utraq; quæstio ex illis quæstionibus compositis absoluitur, sed una tantum, uidelicet quæstio propter quid tantum. Nam ex quo effectus quia est, ante demonstrationem, ut supponitur, erat notus quo ad quia est: ad nullum notum ad sensum quatenus notum est, erigi potest demonstratio. Hoc enim ut scribit Arist. in 3. Physici. tex. com. 26. est hominis male iudicantis quid melius, & quid peius, & quid creditibile, & non creditibile, & principium, & nō principium. Et cōsimilem sententiam habet in. 2. Physici. tex. cō. 6. ubi Comen. in. cō. dicit q̄ istud genus hominum qui non distinguunt inter ea quæ sunt per se manifesta, & ea quæ sunt dubia naturaliter ignota, sunt cæci corde: & hoc genus hominum nunquam potuit philosophari, nec poterit. Et ex hoc scire poteris, frater mi, quantum hallucinentur Modemi asserentes nō esse differentiā inter demonstrationē propter quid, & inter demonstrationē simpliciter nisi accidentalem tantum: cum hoc repugnet ueritati, cum pcedant uariis uitiis, & intentionibus. Et aperte etiam cōtradictio opinionis Auer. in cōmentariis magnis, præsertim in. 1. Poste. cap. 5. ubi uult q̄ istæ sint speciei differentes, & uult q̄ demonstrationes causæ tantum, sint quæ componuntur ex causis quæ inferunt necessario causam esse, & nō inferuntur à causis. Demonstrationes uero simpliciter, quæ dant causam & esse, reciprocè se habent, quia inferunt necessario sua causata, & inferuntur ab eis.

Demonstrationes Mathematicæ non sunt innatæ poni in scientia naturali. 2. Cœli. cōm. 59. Vide causam. 3. Cœli. cōm. 61. & primo Met. 1. 9. 21. 22. 25. & 26. & primo Po

ste. à Philosopho. Sed dum adducuntur, hoc fit ad confirmandum. 2. Cœli. cōm. 59. & 1. 09. Demonstrationes naturales debent esse ex causis naturalibus. 4. Cœli. cō. 20. idē in Paraphrasi. 3. de Cœlo, in summa. 8. cap. 2. ubi scribit q̄ rerum naturalium principia conueniunt esse res naturales, & diuinari rerū principia esse res diuinas, mathematicarūq; principia esse Mathematica. Demonstrationis cuiuslibet principium est quodquid est. 1. de Anima. tex. cōm. 11. Demonstrationibus necessariis hæc est cōditio necessaria, ut apparatus sensui nō differat ab eo quod uidetur per rationē. 3. de Anima. cō. 7. idem. 8. Physici. cō. 22. & 26. & 1. Cœli. cō. 22. Demonstrationes de omnibus esse impossibile est. 3. Metaphysici. tex. cōm. 4. Demonstrationes quædam dant quia, & quædam propter quid. 3. Metaphysici. cō. 5. idem. 1. Posteriorum. Demonstrationes quædam sunt simplices, & quædam sunt compositæ ex simplicibus. 5. Metaphysici. cō. 4. Demonstrationes quæ componuntur ex primis propositionibus sunt respectu aliarum propositionum, sicut elementa de compositis & resoluuntur in eas. supra. Demonstrationes in scientia quæ nascuntur à causis remotis, siue sint affirmatiuæ siue negatiuæ, sunt demonstrationes esse, & non causæ demonstrationis: quia demonstratio causæ est per causam primam & propinquā. 5. colligit. ca. 24. Demonstratio non est substantia. 6. Metaphysici. cōm. 1. Demonstratio non est ad genus ipsius artis, neq; ad species eius. 6. Metaphysici. 1. idem. 2. de Anima. cō. 27. Vide quæ scripti in Theorematis, in illo Theoremate, subiectum in scientia est notissimum. Demonstratio non est de particularibus, licet particulare solum sit ens in rei ueritate. 1. 2. Metaphysici. cō. 28. Demonstrationes uniuersales sumptæ à propositionibus naturalibus primis & uniuersalibus atq; essentialibus, habent hanc proprietatem quod nullus sensus eis contradiat. 6. in. 2. de Partibus animalium. cap. de cerebro. Vide de hoc. 1. Cœli. & in 8. Physici. utrobisq; com. 22. Demonstratiua oppositio nō est contenta una cōtradictio ne, sed duabus, nam debemus contradicere præmissis, & etiam conclusionibus. Auer. 1. de Gene. animal. cap. 1. ubi ponitur improbatum antiquorum de semine. Demonstrationem logicam appello, quia quo uniuersalior est, eo remotior à propriis principiis est. Arist. in. 2. de Generatione animalium. cap. 6. Demonstratio quomodo cū sit ex necessariis & semper ueris, potest esse de rebus quæ quandoq; sunt, & quandoq; nō sunt: Vide pulchre Auer. in Paraphrasi. Metaphysici. 3. col. 5. ibi: Et dicamus q̄ oratio uera necessario est, ubi cōcludit q̄ actus & perpetuitas in talibus est secundum q̄ sunt intelligentia, & non secundum q̄ sunt: aliter enim uniuersalia essent separata. Et inde patet error illorum qui uolunt demonstrationes esse de rebus concernētib; actualē existentia. Demonstrationes naturales quæ adducuntur in scientia diuina, inducuntur uniuersaliori modo. 2. Metaphysici. cō. 6. & 12. Metaphysici. cōm. 5. Nota etiam q̄ quandoq; inducitur ad rememorationem. 12. Metaphysici. cōm. 53. Demonstrata manifesta per immansa, non potēs est iudicare per ipsum, & nō pp ipsum cogniti. 2. Physici. tex. cō. 6. idē. 3. Physici. tex. cō. 22. & 26. & 4. Metaphysici. cō. 9. Demonstrationes mathematicæ sunt in primo gradu certitudinis, & naturales sequuntur eas. secundum Metaphysici. cō. 6. Vide in concordantiis. Denominatio fit ab actu. 2. Physici. tex. cōm. 11. & 12. & 9. Metaphysici. cōm. 7. ubi dicitur: Venit autem actus nomen ad endelechiam compositus. Denominatiua nomina significant substantiam et accidēs. 4. Metaphysici. 3. idem. 3. Metaphysici. cōm. 16. Denominaciones quæ denominat substantia, nō est necessariū q̄ oēs significēt dispositiones additas supra rei substantiam, extra animā existētes in actu: hoc enim fallit in priuationibus et relationibus. Et ideo quidā opinati sunt q̄ predicamentum relationis nō debet computari cum ens